



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 6. Præcedens fabula, in Lazaro & Epulone explicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

xima denuò cœpit cantare, ac, sicut priùs  
solitus erat, cum pueris suis, ioculariter  
multa faciendo cachinnos mouere, de tristi-  
diuite rursus hilaris pauper factus.

## §. VI.

*Præcedens fabula, in Lazaro & Epulone  
explicata.*

His narratis, in hunc modum alloquitur  
inopes Bernardinus: *Vide ignorans pauper,*  
*quantam latitiam habere potes, si patienter &*  
*jucundè tuleris paupertatem. Nesciunt pau-  
peres, quot, & quantis anxietatibus & angustijs  
pleni sunt diuites huius mundi. Et licet, quan-  
dog, aliquis mundanus diuitijs, delicys, & mag-  
nificentys ad libitum fruereatur, tamen breue est,  
quod delectat: aeternum, quod cruciat. E con-  
tra de paupere paciente. Illi enim breue est,  
quod cruciat, aeternum quod delectat. De  
utraq, autem exemplum patet *Luc. 16. cap. in*  
*dinitate Epulone, & Lazaro paupere & paciente.*  
De hoc enim quidam SS. PP. ait: *Nihil reperi-  
mus scriptum de Lazaro paupere, quod ali-  
quam virtutem fecerit, nisi quod numquam ad-  
uersus dinitem murmurauit, qui nullam ei mi-  
sericordiam impendebat; sed cum gratiarum  
actione sustinebat onus paupertatis a Domino sibi  
infictum. De diuite vero dictum est: Homo qui-  
dam**

dam erat dines : in hoc dinitia. Qui induebatur purpura & bysse ; in hoc magnificentie. Et epulabatur quotidie splendide, & in hoc delicia demonstrantur. Ecce tria, in quibus consistit tota concupiscentia mundanorum. Hinc Abraham inquit : Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala ; num bic consolatur, tu vero cruciaris. Talibus monitis excitati pauperes, qui ærumnam suam sponte non suscepserunt, saltem æquanimiter ferre possunt. Stultus est, qui suam impatientiam duplicat calamitatem. Sapientis est, ex necessitate facere virtutem; & malum, quod vitare non potest, fortiter tolerare.

## §. VII.

## Tertia optimaq; pauperum classis.

Superest tertia, eaq; regno cælorum dignissima pauperum classis, quæ apud D. Bernardinum meritò primum locum obtinet, sed à nobis huc dilata est, tamquam summa, perfectioq; totius argumenti, quod deduximus. Est enim paupertas voluntaria. Perfectò non paupertas, inquit S. Bernardinus, sed paupertatis amor virtus meretur dici. Voluntas enim sicut radix est meriti, sic & stabilem perseverantiam operatur. Quod necessitate fit, sitò soluitur ; quod voluntariè accipitur, perst.

merit.